non scitis. Ipse e qui post me uenturus e. qui ante me
factus est. cui n sum dignus. ut soluā ei corrigiā calciamēti.

Hec in bethania facta sunt transiordanen. ubi erat
iohannes baptizans.

Altera die. uidet iohannes ihm uenientē ad se. & ait.
Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi.

Hic e de quo dixi. Post me uenit uir. qui ante me
factus est. quia prior me erat. Et ego nesciebā eum.
Sed ut manifestetur isrl. propterea ueni ego. in
aqua baptizans. Et testimoniū phibuit iohs dicens.
Quia uidi spm descendentē quasi columbā de cēlo.
& mansit sup eum. Et ego nesciebā eum. Sed qui me
misit baptizare in aqua. ille mihi dixit. Sup quē
uideris spm descendentē & manentē sup eum. hic e
qui baptizat in spu sco. Et ego uidi. & testimonium

phibus . quia hic est filius di .

k. xvi. sol.

Altera die . iterū stabat ihs . & ex discipulis ei duo . Et respiciens ihm ambulantē dicit . Ecce agnus di . Et audierunt eū duo discipuli loquentē . & secuti s ihm . Conuersus aūt ihc . & uidens eos sequentes se . dicit eis . Quid quęritis ? Qui dixerunt ei . Rabbi . qđ dicitur interpretatum magister : ubi habitas ? Dicit eis . Uenite . & uidete . Uenerunt & uiderunt . ubi manet . & apud eū manserunt die illo . Hora aūt erat . quasi decima .

♄ . x vii
☉ . cl x vi .
☽ . l xxx ii .
♃ . x cvi .

Erat aūt andreas fr̄ simonis petri . unus ex duob; qui audierant ab iohanne . & secuti fuerant eum .

Inuenit hic primū frm suū simonē . & dicit ei . Inuenimus messiā . quod ē interpretatū xpc . & adduxit eū . ad ihm . Intuitus aūt eū ihc . dixit . Tues simon filius iona . tu uocaberis cephas . quod interpretatur petrus .

♀ . x viii .
☉ .

Postridie uoluit exire in galileā . & inuenit philippū . Et dicit ei ihc . Sequere me . Erat aūt philippus ab bethsaida . ciuitate andreę & petri . Inuenit philippus nathanahel . & dicit ei . Quē scripsit moyses in lege & prophętę . Inuenimus ihm filiū ioseph a nazareth . Et dixit ei nathanahel . A nazareth potest aliquid bonum ee ? Dicit ei philippus . Ueni . & uide . Uidit ihc nathanahel . uenientē ad se . & dicit de eo . Ecce uere israhelita . in quo dolus n est . Dicit ei nathanahel . Unde me nosti ? Respondit ihc . & dixit ei . Priusquā te philippus uocaret . cū esses sub ficu . uidi te . Respondit ei nathanahel . & ait . Rabbi . tues filius di . tues rex israhel . Respon

dit ihc. & dixit ei. Quia dixi tibi. uidi te subficu. Credis:
Maius his. uidebis. Et dicit ei. Amen am dico uob. Uide
bitis celu apm. & angłos di ascendentes & descen
dentes supra filium hominis.

/ 11 ET DIE TERTIO NVPTIE
facte sunt in chana galilee. & erat mater ihu ibi.
Uocatus e aut & ihc. & discipli eius ad nuptias. Et defi
cientе uino. dicit mat ihu ad eum. Uinu non habent.
Et dicit ei ihc. Quid mihi & tibi est mulier: Non dum
uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcuq;
dixerit uob. facite. Erant aut ibi lapidee hydrie sex
posite. scdm purificationem iudeorum. capientes singule
metretas binas. uel ternas. Dicit eis ihc. Implete hydri
as aqua. Et impleuerunt eas. usq; ad summu. Et dic
eis ihc. Haurite nunc. & ferte architriclino. Et tulerunt.
Ut aut gustauit architriclinus aqua uinu facta. & non
sciebat unde est. Ministri aut sciebant. qui hauri
ebant aqua. Uocat sponsum architriclin. & dic ei.
Omnis homo. primu bonu uinu ponit. Et cu inebriati fue
rint tc id quod detrius est. Tu aut seruasti bonu uinu.
usq; adhuc. Hoc fecit initiu signoru ihc in chana ga
lilee. & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt
in eum. discipuli eius.

Post hoc descendit capharnaum. ipse & mat ei. & frs
eius. & discipli eius. & ibi manserunt non multis diebus.
Et ppe erat pascha iudeorum. & ascendit hierosolima ihc.
Et inuenit in templo uendentes boues. & oues. & colum

bas. & nummolarios sedentes. Et cũ fecisset quasi fla
gellũ de funiculis. oĩs eiecit de templo. Oues quoq;
& boues. & nũmolariorũ effudit aes. & mensas sub
uertit. Et his qui columbas uendebant. dixit. Au
ferte ista hinc. nolite facere domũ patris mei. do
mum negotiationis.

Recordati uero sunt discipuli eius. quia scriptum est.
℣ol. Zelus domus tuę. comedit me.

Responderunt ergo iudei. & dixerunt ei. Quod sig
num ostendis nobis. quia hęc facis.

Respondit ihc. & dixit eis. Soluite templum hoc. &
intrib; dieb; excitabo illud. Dixerunt ergo iudei.
Quadraginta & sex annis ędificatũ est templũ hoc.
& tu trib; dieb; excitabis illud? Ille aũ dicebat.
de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset amor
tuis. recordati sunt discipuli eius. quia hoc dicebat.
& crediderunt scripturę. & sermoni quẽ dixit ihc.
Cum eet hierosolymis in pascha in die festo. multi
crediderunt in nomine eius. uidentes signa eius
quę faciebat. Ipse aũ ihc non credebat semetipsũ
eis. eo quod ipse nosset oĩs. & quia opus ei non erat.
ut quis testimoniũ phiberet de homine. Ipse enim
sciebat. quid eet in homine.

Erat aũ homo ex phariseis nichodemus nomine.
princeps iudęorũ. Hic uenit ad ihm nocte. & dixit
ei. Rabbi. scimus quia a dõ uenisti magister: Nemo
enim potest hęc signa facere quę tu facis. nisi fue

rit dñs cum eo. Respondit ihc. & dixit ei. Amen ām.
dico tibi. Nisi quis natus fuerit denuo. non potest
uidere regnū dī. Dicit ād eum nichodemus. Quomo
do potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest
inuenire matris suę utrū introire & nasci. Respon
dit ihc. Amen ām. dico tibi. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & spū. non potest introire in regnū dī. Quod
natum est ex carne. caro est. Et quod natū est ex
spū. spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. oportet
uos nasci denuo. Spūs ubi uult spirat. & uocē eius au
dis. sed nescis unde ueniat. & quo uadat. Sic est
omnis. qui natus est ex spiritu. Respondit nichode
mus. & dixit ei. Quomodo possunt hęc fieri. Respon
dit ihc. & dixit ei. Tues magister in israhel. & hęc
ignoras. Amen amen dico tibi. Quia quod scimus
loquimur. & quod uidimus testamur. & testimoniū
nrm non accipitis. Si terrena dixi uobis & non cre
ditis. quomodo si dixero uobis cęlestia credetis.
Et nemo ascendit in cęlum. nisi qui de cęlo descen
dit. filius hominis qui est in cęlo. Et sicut moyses
exaltauit serpentē in deserto. ita exaltari oportet
filiū hominis. Ut omnis qui credit in ipso non pe
reat. sed habeat uitā ętērnā. Sic enim dilexit ds
mundū. ut filiū suū unigenitū daret. Ut omnis
qui credit in eum nō pereat. sed habeat uitā ętēnam.
Non enim misit ds filiū suum in mundū. ut iudi
cet mundū. sed ut saluetur mundus p ipsum.

Qui credit in cum n̄ iudicatur: Qui aut̄ non credit. ia
iudicatus est. quia non credit in nomine unigeniti
filii di. Hoc ē aut̄ iudiciū. quia lux uenit in mun
dum. & dilexerunt homines magis tenebras. quam
lucem. Erant enim eorum. mala opera. Omnis enī
qui mala agit. odit lucem. Et non uenit ad lucem.
ut non arguantur opera eius. Qui aut̄ facit ueritatē.
uenit ad lucem. ut manifestentur opera eius. quia
in do sunt facta.

/ iii

POST hēc uenit ihc

& discipuli eius in iudēa terrā. & illic demorabatur
cum eis. & baptizabat.

ℓ. xxv.
T. iii
m. vii.
l. vi.

ERat aut̄ & iohannes baptizans in enon. iuxta salim.
quia aque multe erant illic. Et ueniebant. & bapti
zabantur. Non du enim missus fuerat. in carcere iohs.

ℓ. xxvi.
T. iiii
g. xviii.
m. viii.

FActa est ergo questio ex discipulis iohannis cū iudeo
is. de purificatione. Et uenerunt ad iohannem. &
dixerunt ei. Rabbi. qui erat tecū transiordanen.
cui tu testimoniū phibuisti. ecce hic baptizat. &
omnes ueniunt ad eum. Respondit iohannes. & dix.
Non potest homo accipere quicquā. nisi fuerit ei datū

ℓ. xxviii.
T. i
m. xi.
g. iiii.
l. x.

de celo. Ipsi uos mihi testimoniū per hibetis. qd
dixerim. ego n̄ sum xp̄c. sed quia missus sum ante illū.

ℓ. xxviii.
x
Sol.

QUi habet sponsam. sponsus est. Amicus aut̄ sponsi.
qui stat & audit eum. gaudio gaudet. propter uocē
sponsi. Hoc ergo gaudiū meū. impletū est. Illum
oportet crescere. me aut̄ minui. Qui de sursum ue

nit. sup oms est. Qui est de terra. de terra est. & de terra loquitur. Qui de celo uenit. supra oms est. Et quod uidit & audiuit. hoc testatur. & testimoniu eius. Nemo accipit. Qui accipit eius testimoniu. signauit. quia ds uerax est. Quem enim misit ds. uerba di loquit. Non enim ad mensuram dat ds spiritum.

♃. xxx. ☥ iii ♂. c.xx. ☾. cxviii. ♃. xxxi. ☉ Sol.

PAt diligit filiu. & omnia dedit in manu eius.

Qui credit in filiu. habet uita. & nam. Qui au incredulus ē filio. non uidebit uita. sed ira di manet sup eum.

IIII

VT ERGO COGNOVIT IHC

quia audierunt pharisei. quia ihc plures discipulos facit. & baptizat quam iohannes. Quamquam ihc n baptizabat. sed discipuli eius.

♃. xxxiii ☥ vii ♂. x viii. ♃. xxxiii. ☉ Sol.

RELIQUIT iudeam. & abiit iterum in galileam.

OPORTEBAT aut eum transire. p samariam. VENIT ergo in ciuitatē samarie. que dicit sychar. iuxta prediu. quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat aut ibi. fons iacob. IHC ergo fatigatus ex itinere. sedebat sic sup fontem. Hora erat. quasi sexta. Uenit mulier de samaria. haurire aquam. Dicit ei ihc. Da mihi bibere. Discipuli enim ei abierant in ciuitatē. ut cibos emerent. Dicit ergo ei. mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis bibere a me poscis. que sum mulier samaritana. Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit ihc. & dixit ei. Si scires donū di. & quis est qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan petisses abeo. & dedisset tibi aquā uiuam. Dicit ei mulier.

Dñe. neq; in quo hauries. habes. & puteus altus est.
Unde ergo habes aquã uiuam? Numquid tu maior
es patre nro iacob. qui dedit nobis puteũ. & ipse ex
eo bibit. & filii eius. & pecora eius? Respondit ihc. &
dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac. sitiet iterũ.
Qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei. ñ sitiet in
æternũ. Sed aqua quã dabo ei. fiet in eo fons aquæ
salientis. in uitã æternam. Dicit ad eũ mulier: Dñe. da
mihi hanc aquã ut ñ sitiam. neq; uenia huc haurire.
Dicit ei ihc. Uade. uoca uirũ tuũ. & ueni huc. Re
spondit mulier: & dixit. Non habeo uirũ. Dicit ei ihc.
Bene dixisti. quia ñ habeo uirũ. Quinq; enim uiros
habuisti. & nunc quẽ habes. ñ est tuus uir: Hoc uere
dixisti. Dicit ei mulier: Dñe. uideo quia pphęta es tu.
Patres nri in monte hoc adorauerunt. & uos dicitis.
quia hierosolymis est locus. ubi adorare oportet.
Dicit ei ihc. Mulier: crede mihi. quia uenit hora.
quando neq; in monte hoc. neq; in hierosolymis ado
rabitis patrẽ. Uos adoratis quod nescitis. nos adoramꝰ
quod scimus. quia salus ex iudęis est. Sed uenit ho
ra. & nunc est. quando ueri adoratores. adorabunt
patrẽ. in spũ & ueritate. Nam & pater tales quærit.
qui adorent eũ. Spus est ds. & eos qui adorant eum.
in spũ & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier:
Scio quia messias uenit. qui dicitur xps. Cum ergo ue
nerit. ille nob annuntiabit oña. Dicit ei ihc. Ego
sum. qui loquor tecũ. Et continuo uenerũt discipuli

cuis. & mirabant' quia cũ muliere loquebat'. Nemo
tamen dixit. Quid quæris. aut quid loqueris cũ ea'
Reliquit ergo hydriã suã mulier. & abiit in ciuita
tem. & dicit illis hominib; Venite & uidete hom
nẽ. qui dixit mihi oĩa quæcumq; feci. Numquid
ipse est xp̃c. Exierunt de ciuitate. & ueniebant ad
eum. Interea rogabant cũ discipuli dicentes. Rabbi.
manduca. Ille aut̃. dix̃ eis. Ego cibũ habeo mandu
care. quẽ uos nescitis. Dicebant ergo. discipuli ad
inuicẽ. Numquid aliquis attulit ei manducare.
Dicit eis ihc. Meus cibus est. ut faciã uoluntatẽ ei'
qui misit me ut pficiã opus eius. Nonne uos dicitis.
quod adhuc quattuor menses sunt. & messis uenit.
Ecce dico uob. Leuate oculos uros. & uidete regio
nes. quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit.
mercedẽ accipit. & congregat fructũ. in uitã æñ.
Ut & qui seminat. simul gaudeat & qui metit. In
hoc enim est uerbũ uerum. quia aliusẽ qui seminat.
& alius est qui metit. Ego misi uos metere. quod vos
nñ laborastis. Alii laborauerunt. & uos in labores eo
rum introistis. Exciuitate aut̃ illa. multi crediderunt
in eũ samaritanoru. ppter uerbũ mulieris. testimo
niũ phibentis. quia dixit mihi. oĩa quæcumq; feci.
Cum uenissent ergo ad illũ samaritani. rogauerunt
eum. ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. &
multo plures crediderunt. ppter sermonem eius.
Et mulieri dicebant. Quia iam nñ ppter tuã loquẽ

lam credim̃. Ipſi enim audiuimuſ. & ſcimuſ quia
hic eſt uere ſaluator mundi.

Post duoſ aũ dieſ. exiit inde. & abiit in galileam.

Ipſe enim ihc teſtimoniũ phibuit. quia prophęta in
ſua patria. honorem non habet.

Cum ergo uenisſet in galilea. excepẽ eum galilei. cũ
oĩa uidiſſent quę fecerat hieroſolymis in die feſto.
& ipſi uenerant in diẽ feſtum. Uenit ergo iterũ in ca
nan galileę. ubi fecit aquam uinum.

Et erat quidã regulus. cuius filius infirmabatur caphar
naum. Hic cũ audiſſet. quia ihc adueniret a iudea
in galileam. abiit ad eum. & rogabat eum. ut deſ
cenderet. & sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihc ad eum. Niſi ſigna & pdigia uideritis.
non creditis. Dicit ad eũ regulus. Dñe. deſcende prius
quã moriatur filius meus. Dicit ei ihc. Uade. filius
tuus uiuit. Credidit homo ſermoni. quẽ dixit ei
ihc. & ibat. Iam autẽ eo deſcendente. ſerui occurrer̃
ei. & nunciauerunt dicentes. quia eius filiꝰ uiueret.
Interrogabat ergo horã ab eis. in qua melius habue
rit. Et dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima. reliqd
eum febris. Cognouit ergo pat̃. quia illa hora erat.
in qua dixit ei ihc. filius tuus uiuit. Et credidit
ipſe. & domus eius tota.

HOC ITERVM SECVNDÕ
ſignũ fecit ihc. cum uenisſet a iudea in galileam.

Post hęc erat dies feſtus iudęorũ. & aſcendit ihc hic

rosolymā. Est aūt hierosolymis probatica piscina. quę
cognominatū hebraice bethsaida. quinq; porticus ha
bens. In his iacebat multitudo magna languentiū.
cęcorū. claudorū. aridorū. expectantiū aquę motū.
Angelus aūt dni secm tempus descendebat in pisci
nā. & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset
in piscinā post motionē aquę. sanus fiebat. aquacūq;
tenebatū infirmitate. Erat aūt quida homo ibi triginta
& octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cū
uidisset ihc iacentē. & cognouisset quia multū tem
pus iam haberet. Dicit ei. Uis sanus fierī. Respondit ei
languidus. Dnē. hominē non habeo. ut cū turbata
fuerit aqua. mittat me in piscinā. Dum uenio enim
ego. alius ante me descendit. Dicit ei ihc. Surge
tolle grabatū tuū & ambula. Et statim sanus factus
est homo. Et sustulit grabatū suū & ambulabat.
Erat aūt sabbatū in illo die. Dicebant ergo iudei. illi qui
sanatus fuerat. Sabbatū est. nō licet tibi tollere
grabatum tuum. Respondit eis. Qui me fecit
sanū. ille mihi dixit. Tolle grabatū tuū. & ambu
la. Interrogauerunt ergo eum. quis est ille homo qui
dixit tibi. tolle grabatū tuū & ambula? Is aūtem
qui sanus fuerat effectus. nesciebat quis esset. Ihc aū
declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit
eū ihc in templo. & dixit illi. Ecce sanus factus es.
iam noli peccare. ne deterius tibi aliquid contin
gat. Abiit ille homo & nunciauit iudeis. quia

ℓ. xxxviii
Sol.

ihc cēv. qui fecit cū sanū. Propterea psequebant ihm
ihm. quia hęc faciebat in sabbato. Ihc aū. respondit
eis. Pater meus usquemodo operat. & ego operor. Sp
ropterea ergo. magis quęrebant eū iudęi interficere.
quia nō solū soluebat sabbatum. sed & patrē suū di
cebat dm. æqualē se. faciens do. Respondit ergo
ihc. & dixit eis. Amen am. dico uobis. Non potest
filius facere a se quicquā. nisi quod uiderit patrem
facientē. Quęcumq; enim ille fecerit. hęc & filius
similiter facit. Pater enim diligit filiū. & omnia
demonstrat ei. quę ipse facit. Et maiora his de
monstrabit ei opera. ut uos miremini. Sicut enī
pater suscitat mortuos & uiuificat. sic & filius quos
uult uiuificat. Neq; enim pater iudicat quēquam.
sed iudiciū omne dedit filio. Ut omnes honorifi
cent filium. sicut honorificant patrem.

Qui non honorificat filium. non honorificat pa
trem qui misit illum.

Amen amen dico uobis. Quia qui uerbū meū audit.
& credit ei qui misit me. habet uitā ęternam.
Et in iudiciū non uenit. sed transit a morte in
uitā. Amen amen. dico uobis. Quia uenit hora.
& nunc est. quando mortui audient uocē filii
dei. & qui audierint uiuent. Sicut enim pater
habet uitā in semetipso. sic dedit & filio uitam
habere in semetipso. Et potestatē dedit ei. & iudi
ciū facere. quia filius hominis est. Nolite mirari

hoc. quia uenit hora. in qua oms qui in monumtis s.
audient uocē eius. Et procedent qui bona fecerunt.
in resurrectionē uitę. Qui uero mala egerunt. in re
surrectionē iudicii. Non possum ego a me ipso fac
re quicquam. sic audio iudico. & iudiciū meū iustū.
Quia non quęro uoluntatē meā. sed uoluntatē eius
qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de me.
testimoniū meū non ē uerum. Alius est. qui testi
moniū phibet de me. & scio quia uerū est testimo
niū quod phibet de me. Vos misistis ad iohannem.
& testimoniū phibuit ueritati. Ego aū non abho
mine testimoniū accipio. Sed hęc dico. ut uos sal
ui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos aut
uoluistis exultare ad horā in luce eius. Ego aut ha
beo testimoniū maius iohanne. Opera enim quę
dedit mihi pat ut pficiam ea. ipsa opera quę ego
facio. testimoniū phibent de me. quia pater me
misit. Et qui misit me pater. ipse testimonium
phibuit de me. Neq; uocem eius unquam
audistis. neq; speciem eius uidistis.
Et uerbū eius non habetis in uob manens. quia quē
misit ille. huic uos non creditis. Scrutamini scriptu
ras. quia uos putatis in ipsis. uitā ęternā habere.
& ille sunt quę testimoniū phibent de me. Et non
uultis uenire ad me. ut uitā habeatis. Claritatem
ab hominib; non accipio. sed cognoui uos. quia di
lectionē dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomi

nc patris mei. & ñ accipitis me. Si alius uenerit in no
mine suo. illū accipietis. Quomodo potestis uos credere.
qui glām ab inuicē accipitis. & glām quę a solo dō ē.
ñ quęritis.˜ Nolite putare. quia ego accusaturus sim
uos apud patrem. est qui accusat uos. moy-ses in quo vos
speratis. Si enim crederetis moy-si. crederetis forsitan &
mihi. De me enim. ille scripsit. Si aut illius litteris non
creditis. quomodo meis uerbis credetis.˜

VI

POST hEC ABIIT IHC

transmare galilee. quod est ty-beriadis. & sequebat eum
multitudo magna. quia videbant signa que faciebat
super his qui in firmabantur.

Subiit ergo in montē ihc. & ibi sedebat cū discipulis suis.
Erat aut̄ primū pascha. dies festus iudęorum.
Cum sublevasset ergo oculos ihc. & vidisset quia multa
tudo maxima venit ad eum. dicit ad philippum.
Unde ememus panes. ut manducent hi.˜ Hoc aut̄ di
cebat. temptans eum. Ipse enim sciebat. quid ēt fac
turus.˜ Respondit ei philippus. Ducentorū denariorū
panes ñ sufficiunt eis. ut unusquisq; modicū quid ac
cipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius andreas fratr
simonis petri. Est puer unus hic. qui habet quinq;
panes hordeaceos. & duos pisces. Sed hęc quid sunt in
ter tantos.˜ Dixit ergo ihc. Facite homines discūbere.
Erat aut̄ fenū multū in loco. Discubuerunt ergo uiri.
numero quasi quinq; milia. Accepit ergo panes ihc.
& cū grās egisset. distribuit discumbentibus. Similit̄

& expiscib; quantū uolebant. Ut aūt impleti sunt. dix
discipulis suis. Colligite quę superauerunt fragmenta
ne pereant. Collegerunt ergo. & impleuerunt duode
cim cophinos fragmentorū. ex quinq; panib; hordea
ceis. quę sup fuerunt his qui manducauerant.

℔. l.
sā.

I Lli ergo homines cū uidissent quod fecerat signū. dice
bant. Quia hic est uere pphēta. qui uenturus est in mun
dum. Ihc ergo cum cognouisset quia uenturi ēnt. ut
raperent eum. & facerent eum regem.

℔. l.
Tue
n. el.
&
n. lxvii.

Fugit iterū in montē ipse solus. Ut aūt sero factū est.
descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascen
dissent nauim. uenerunt transmare in capharnaum.
Et tenebre iam facte erant. & nō uenerat ad eos ihc.
Mare aūt uento magno flante. exsurgebat. Cum re
migassent ergo quasi stadia uiginti quinq; aut tri
ginta. uident ihm ambulantē sup mare. & proximū
naui fieri. & timuerunt. Ille aūt. dicit eis. Ego sum.
nolite timere. Uoluerunt ergo accipere eum in na
uim. & statim fuit nauis ad terram quā ibant.

℔. Lus.
sā.

Altera die turba quę stabat transmare. uidit quia
nauicula alia nō erat ibi. nisi una. Et quia non intro
isset cū discipulis suis ihc in nauim. sed soli discipli
eius abissent. Alię uero sup uenerunt naues. ex tibe
riade iuxta locum. ubi manducauerant panē. gras
agentes dño. Cum ergo uidisset turba quia ihc non
erat ibi. neq; discipuli eius ascenderunt in nauicelas.
& uenerunt capharnaum. quęrentes ihm. Et cū in

uenissent cū transmare. dixerunt ei. Rabbi. quando
huc uenisti. Respondit ihc. & dixit eis. Amen am̄.
dico uobis. Quęritis me. n̄ quia uidistis signa. sed
quia manducastis ex panib⁹. & saturati estis. Operam
ni n̄ cibū qui perit. sed qui pmanet in uitā ęternam.
Quem filius hominis uob dabit. hunc enim pat̄ signa
uit ds. Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus. ut ope
remur opera di. Respondit ihc. & dixit eis. Hoc ē
opus di. ut credatis in eum. quē misit ille.

℔. Lm.
℣. nm
℟. elxx.
℣. lxxvm.

Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signū ut uideam̄.
& credamus tibi. quid operaris.

℔. Lnm.
℣.
Sol.

Patres n̄ri manna manducauerunt in deserto. sicut
scriptū est. Panem de cęlo. dedit eis manducare.
Dixit ergo eis ihc. Amen am̄ dico uobis. Non moy
ses dedit uob panē de cęlo. sed pat̄ mi dat uob panē
de cęlo verum. Panis enim di est. qui descendit de
cęlo. & dat uitā mundo. Dixerunt ergo ad eū. Dne.
semper da nobis panem hunc.

℔. lv.
℣. celxxxvm.
℟. elxv.
℣. celxvi.

Dixit aū eis ihc. Ego sum. panis uitę. Qui uenit ad me.
n̄ esuriet. Et qui credit in me. n̄ sitiet umquā. Sed
dixi uobis. quia & uidistis me. & non creditis.

℔. Lvi.
℣.
Sol.

Omē quod dat mihi pat̄. ad me ueniet. Et eū qui ve
nit ad me. non eiciam foras.

℔. Lvii.
℣. cexcv.
℟. clxxvi
℣. celxxxvi.

Quia descendi de cęlo. non ut faciā uoluntatē meam.
sed uoluntatem eius qui misit me.

℔. Lviii.
Sol.

Hec ē aū uoluntas eius qui misit me patris. ut oīne qd̄
dedit mihi. n̄ pdam ex eo. sed resuscitē illud in nouis

simo die. Hec est enim uoluntas patris mei qui misit me.
ut omnis qui uidet filiu & credit in eu. habeat uita eter
nam. Et resuscitabo ego eu. in nouissimo die.

lo. lvm. ℔. i. exli. ℔. l. l. xviii.

Murmurabant ergo iudei de illo. quia dixisset. Ego su pa
nis qui de celo descendi. Et dicebant. Nonne hic est
ihc filius ioseph. cuius nos nouimus patre & matrem.
Quomodo ergo dicit hic. quia de celo descendi.

℔. lx. sol.

Respondit ergo ihc. & dix eis. Nolite murmurare. in
uicem. Nemo potest uenire ad me. nisi pater qui mi
sit me. traxerit eum. Et ego resuscitabo eu in nouis
simo die. Est scriptum in pphetis. Erunt omnes docibiles
di. Omnis qui audiuit a patre & didicit. uenit ad me.

℔. lxi. ℔. exi. l. exviii. ℔. lxii. sol.

Non quia patre uidit quisquam. nisi is qui est a deo. hic
uidit patrem. Amen am dico uobis. Qui credit
in me. habet uitam eternam.

℔. lxiii. ℔. exlxxxviii ℔. clxvi. l. cclxvi.

Ego sum panis vite.
Patres uri manducauerunt in deserto manna. & mor
tui sunt. Hic est panis de celo descendens. ut siquis
ex ipso manducauerit. non moriatur.

℔. lxv. l. cclxxxii ℔. clxv l. cclxvi.

Ego sum panis uiuus. qui de celo descendi. Siquis
manducauerit ex hoc pane. uiuet in eternu. Et panis
que ego dabo caro mea est. pmundi vita.

℔. lxvi. sol.

Litigabant ergo iudei. ad inuicem dicentes. Quomo
do potest hic nobis suam carnem dare ad manducan
dum. Dix ergo eis ihc. Amen am dico uobis. nisi
manducaueritis carnem filii hominis. & biberitis ei
sanguinem non habebitis uitam in uobis. Qui manducat

mēa carnē. & bibit meū sanguinē. habē uīta ætnā.
Et ego resuscitabo eum. In nouissimo die.

Lo. lxvii.
Ter. ccclxxxviii.
Sex. clxv.
L. ccclxvi.
Ꝑ. lxviii
Sol.

Caro enim mea uere ē cib; & sanguis meus uere est potus.
Qui manducat mēa carnem. & bibit meū sanguinē. In
me manet. & ego in illo. Sicut me misit uiuens pater:
& ego uiuo ꝓpter patrem. Et qui manducat me. & ip
se uiuet ꝓpter me. Hic est panis. qui de ecło descendit.
Non sicut manducauerunt patres uri manna. & mor
tui sunt. Qui manducat hunc panē. uiuet in ætnum.
Hec dixit in synagoga. docens in capharnaū. Multi
ergo audientes ex discipulis eius. dixerunt. Durus est
hic sermo. quis potest eū audire? Sciens aū ihc apud
semetipsū. quia murmurarent de hoc discipuli eius.
dixit eis. Hoc uos scandalizat?

Ꝑ. lxviii.
Ter. ccccx.
Sex. cxcv.
L. ccxcvii.
Ꝑ. lxx.
Ter. ccxcvii.
Sex. clxxxviii.
Ꝑ. lxxi.
Sol.

Si ergo uideritis filiū hominis ascendentē ubi erat pri.
Spūs est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.
Verba que ego locutus sum uobis. spūs & uita sunt.
Sed sunt quida ex uobis. qui non credunt.

Ꝑ. lxxii.
Ter. iiii ccclxxxviii.
Sex. clxx.

Sciebat enim ab initio ihc. qui essent credentes? &
quis traditurus eet eum.
Et dicebat. Propterea dixi uobis. quia nemo potest
uenire ad me. nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex
hoc multi discipulorū eius abierunt retro. & iā n
cum illo ambulabant. Dixit ergo ihc ad duode
cim. Numquid & uos uultis abire?

Lo. lxxiii.
Ter. clxvi.
Sex. lxxxi.
L. xcviii.

Respondit ergo ei simon petrus. Dne. ad quē ibimus?
verba uite ætne habes & nos credidimus & cog

nouimuſ. quia tuſ xp̄c filiuſ di.

℔. lxxv. Sol. x

Reſpondit eſ ihc. Nonne ego uos duodecim elegi ⁊ ex uobis unus diabolus eſt. Dicebat aut̄ iudā ſimonis ſcariothen. Hic en̄ erat traditurus ev̄. cū eē un̄ ex xii.

℣ vii. POST hEC AMBVLABAT IHC in galileā. non enim uolebat in iudeā ambulare. quia quęrebant eū iudęi interficere. Erat aut̄ in pxi mo dieſ feſtus iudęorū. ſchenophegia. Dixerunt aū ad eū frēs euſ. Tranſi hinc. ⁊ uade in iudeā. ut ⁊ diſcipuli tui uideant opera tua quę faciſ. Nemo quippe in occulto quid facit. ⁊ quęrit ipſe in palā eē. Si hęc faciſ. manifeſta te ipſū mundo. Neq; en̄ frēs euſ credebant in eum. Dicit ergo eiſ ihc. Tempuſ meū non dum aduenit. tempuſ aū ur̄m ſemp eſt paratum. Non poteſt munduſ odiſſe uos. me aut̄ odit. quia ego teſtimoniū phibeo de illo. quia opera euſ mala ſunt. Vos aſcendite ad die feſtum hunc. ego n̄ dum aſcendo ad die feſtū iſtum. Quia tempuſ meum. non dum implēū eſt. Hęc cum dixiſſet. ipſe manſit in galilea. Vt aut̄ aſcenderunt frēs euſ. tunc ⁊ ipſe aſcendit ad die feſtum. n̄ ma nifeſte. ſed quaſi in occulto. Iudęi ergo quęrebant eū in die feſto. ⁊ dicebant. Vbi eſt ille. Et mur mur multuſ de eo erat in turba. Quidā enim dice bant. quia bonuſ eſt. Alii aut̄ dicebant. non. ſed ſeducit turbas. Nemo enim palā loquebatur de illo. ꝓpter metum iudęorum. Iam aut̄ die feſto median

tc. ascendit ihc in templū. & docebat. Et mirabāt
iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit. cum nō didi
cerit. Respondit eis ihc & dixit. Mea doctrina nō
est mea. sed eius qui misit me. Siquis uoluerit uo
luntatē eius facere. cognoscet de doctrina utrū ex
deo sit. an ego a me ipso loquar: Qui a semetipso lo
quitur: glām ppriam querit. Qui aut querit glām
eius qui misit illū. hic uerax est. & iniustitia in
illo nō est. Nonne moyses dedit uobis legē. & nemo
ex uobis facit legem. Quid me queritis interficere.
Respondit turba. & dixit. Demoniū habes. quis te
querit interficere. Respondit ihc. & dixit eis.
Unū opus feci. & oēs miramini. Propterea moyses
dedit uobis circumcisionē. non quia ex moyse est.
sed ex patribus. Et in sabbato circumcidtis hominē.
Si circumcisionē accipit homo in sabbato. ut non
soluatur lex moysi. mihi indignamini quia totū
hominē. sanū feci in sabbato. Nolite iudicare se
cundū faciem. sed iustū iudiciū iudicate. Dicebāt
ergo. quida ex hierosolymis. Nonne hic est quem
querunt interficere. Ecce pala loquitur: & nil ei
dicunt. Numquid uere cognouerunt principes.
quia hic est xp̄c. Sed hunc scimus unde sit.
xp̄c aut cum uenerit. nemo scit unde sit.

Clamabat ergo in templo docens ihc. & dicens. Et
me scitis. & unde sim scitis. Et a me ipso non ueni.
sed est uerus qui misit me. quē uos nescitis. Ego

Io. lxxvi.
T. iii
m. cxii.
l. cxviii.

scio cū. quia ab ipso sum. & ipse me misit.

Quærebant ergo eum ad prehendere. & nemo misit in illū manus. quia nondum uenerat hora eius.

De turba aut̄. multi crediderunt in cū. & dicebant. xp̄c cum uenerit. numquid plura signa faciat. quā quę hic facit. Audierunt pharisęi turbam murmurantem de illo hęc.

Et miserunt principes & pharisęi ministros ut apprehenderent eum. Dixit ergo ihc. Adhuc modicū tempus uobcum sum. & uado adcū qui misit me.

Quęretis me. & non inuenietis. Et ubi sum ego. uos nō potestis uenire. Dixerunt ergo iudęi. ad semetipsos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus eum. Num quid in dispsionem gentiū iturus est. & docturus gentes. Quis est hic sermo quē dixit. quęretis me. & nō inuenietis. Et ubi sum ego. uos nō potestis uenire. In nouissimo aut̄ die magno festiuitatis. stabat ihc & clamabat dicens. Siquis sitit. ueniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura. flumina de uentre ei. fluent aquę uiuę. Hoc aut̄ dixit de spū. quē accepturi erant credentes in eum. Nondum enī erat spc datus. quia ihc nondum fuerat glorificatus.

Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones ei dicebant. Hic ē uere pphēta. Alii dicebant. hic ē xp̄c.

Quidā aut̄ dicebant. Numquid a galilea xp̄c uenit. nonne scriptura dicit. quia ex semine dauid.

℣. Lxxxviii.
Sol.
℣. Lxxxix.
℣. xc.
℣. xcixus.
L. c extu.

℣. L xcvi.
Sol.

& de bethleem castello. ubi erat dd̄. uenit xp̄c.℟

Q Uissensio itaq; facta est inturba. propter eum.
Quida autē exipsis uolebant ad prehendere eum. sed
nemo misit super illum manus.

V Enerunt ergo ministri ad principes & pharisęos. &
dixerunt eis illi. Quare n̄ adduxistis eū.℟ Respon de
runt ministri. Numquā sic locutus est homo. sic
hic homo. Respondēr ergo eis pharisęi. Numquid
& uos seducti estis.℟ Numquid aliquis exprincipib;
credidit ineū. aut expharisęis.℟ Sed turba hęc quę
n̄ nouit legē. maledicti sunt. Dicit nichodemus
adeos. ille qui uenit ad eū nocte. qui unus erat ex
ipsis. Numquid lex n̄ra iudicat hominē. nisi audie
rit abipso prius. & cognouerit qd faciat.℟ Respondēr
& dixerunt ei. Numquid & tu galileus es.℟ Scrutare scripturas
& uide quia ppha a galilea n̄ surgit. Et reuersi sunt
unusquisq; in domū suam. Ihc autē perrexit in
montē oliueti. & diluculo iterū uenit intemplū.
& omnis populus. uenit ad eum. Et sedens. docebat
eos. Adducunt autē scribę & pharisęi. mulierē in
adulterio deprehensam. & statuerunt eā in medio.
& dixer̄ ei. Magister. hęc mulier modo dephensa
est in adulterio. In lege autē moyses mandauit nob.
huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis.℟ Hęc autē
dicebant temptantes eum. ut possent accusare eū.
Ihc autē inclinans se deorsum. digito scribebat in
terra. Cum autē pseuerarent interrogantes eum. Erexit

se. & dixit eis. Qui sine peccato ē urm̄. primus in illā la
pidē mittat. Et iterū se inclinans. scribebat interra.
Audientes aut̄ unus post unū exiebant. Incipientes
a seniorib'. Et remansit solus. et mulier in medio stans.
Erigens aut̄ se ihc. dixit ei. Mulier: ubi sunt qui te
accusabant. Nemo te condemnauit. Que dixit. Ne
mo dne. Dixit aut̄ ihc. Nec ego te condemnabo. Va
de & amplius iam noli peccare. Iterū ergo locutus est
eis ihc dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me.
n ambulat intenebris. sed habebit lucē uite. Dixerunt
ergo a pharisei. Tu de te ipso testimoniū phibes. testimo
niū tuū n est uerum. Respondit ihc. & dixit eis. Et si
ego, testimoniū perhibeo de me ipso. uerū est testimoniū
meum. Quia scio unde ueni. & quo uado. Uos aut̄ nesci
tis unde uenio. aut quo uado. Vos secm carnē iudicatis.
ego n iudico quemquā. Et si iudico ego. iudiciū meū ue
rum est. Quia solus non sum. sed ego & qui me misit pat̄.
Et in lege ura scriptū est. quia duorū hominū testimoniū
uerū est. Ego sum qui testimoniū phibeo de me ipso. &
testimoniū phibet de me. qui misit me pater. Dice
bant ergo ei. Ubi est pater tuus.

l. lxxxvii. Respondit ihc. Neq; me scitis. neq; patrem meū. Si me
l. exii. sciretis. forsitan & patrem meum sciretis.
l. cxviii.

l. lxxxviii Hec locutus est uerba in gazophilatio. docens intemplo.
l. exx. Et nemo adprehendit eū. quia nec dū uenerat hora eius.
l. cxxii.
l. cxxxviii
& cxl.

l. [VIII] DIXIT ERGO ITERV EIS IHC
l. lxxxviii Ego uado. & quretis me. & in peccato uro moriemini.
Sol.

Quo ego uado. uos ñ potestis uenire. Dicebant ergo iudei.
Numquid interficiet semetipsū. Quia dicit. quo ego uado.
uos ñ potestis uenire. Et dicebat eis. Uos de deorsū estis.
ego de supnis sum. Uos de mundo hoc estis. ego ñ sum de
hoc mundo. Dixi ergo uob. quia moriemini in peccatis
uris. Si enim ñ credideritis quia ego sum. moriemini in
peccato uro. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Dixit eis ihc.
Principiū. quia & loquor uob. Multa habeo de uobis
loqui & iudicare. sed qui misit me uerax est. Et ego
quę audiui abeo. hęc loquor in mundo. Et non cog
nouerunt. quia patrē eis dicebat dm. Dixit ergo eis ihc.
Cum exaltaueritis filiū hominis. tunc cognoscetis.
quia ego sum. Et a me ipso. facio nihil. Sed sicut docuit
me pater. hęc loquor. Et qui me misit mecū est. ñ reli
quit me solum. Quia ego quę placita sum ei. facio sem
per. Hęc loquente illo. multi crediderūt in eū. Dicebat
ergo ihc ad eos. qui crediderunt ei iudęos. Si uos man
seritis in sermone meo. uere discipuli mei eritis. Et
cognoscetis ueritatē. & ueritas liberauit uos. Respon
derunt ei. Semen abrahę sumus. & nemini seruiuim'
umquā. Quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit
eis ihc. Amen amen dico uob. Quia omnis qui facit pec
catū. seruus est peccati. Seruus aut ñ manet in domo
in ęternum. filius manet in ęternum. Si ergo liberauit uos
filius. uere liberi eritis. Scio quia filii abrahę estis. sed
quęritis me interficere. Quia sermo meus. ñ capit in
uob. Ego quod uidi apud patrē loquor. & uos quę uidis

ūſ apud patrē ūrm facitiſ. Reſponderūt & dixerūt ei.
Pater nr abraham eſt. Dicit eis ihc. Si filii abrahe eſtis.
opera abrahe facite. Nunc aūt queritis me interficere.
hominē qui ueritatē uob locutus ſum. quā audiui à
dō. Hoc abraha nō fecit. Uos facitis opera patris ūri.
Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione nō ſumus nati.
unū patrē habemus dm. Dixit ergo eis ihc. Si dſ patēr
ūr eēt. diligeretis utiq; me. Ego enim ex dō proceſſi.
& ueni. Neq; enim a me ipſo ueni. ſed ille me miſit.
Quare loquelā meā nō cognoſcitis. quia nō poteſtis au
dire ſermonē meū. Uos ex patre diabolo eſtis. & deſi
deria patris ūri uultis facere. Ille homicida erat ab
initio. & in ueritate nō ſtetit. quia ueritas non eſt in
eo. Cum loquitur mendaciū. ex ppriis loquitur.
quia mendax eſt & pater eius. Ego aūt quia ueritatē
dico. nō creditis mihi. Dicebat ihc turbis iudeorū.
& principib; ſacerdotū. Quis ex uob arguet me de pec
cato. Si ueritatē dico. quare uos nō creditis mi. Qui ē
ex dō. uerba dī audit. Propterea uos nō auditis. quia
ex dō nō eſtis. Reſponderūt igit iudei. & dixerūt ei. Non
ne benedicim nos. quia ſamaritan es tu. & demoniū
habes. Reſpondit ihc. Ego demoniū nō habeo. ſed
honorifico patrē meū. & uos inhonoraſtis me. Ego
aūt nō quero glām meā. ē qui querat & iudicet. Amē
amē dico uob. Si quis ſermonē meū ſeruauerit. mortē
nō uidebit in ēternū. Dixerūt ergo iudei. Nunc cognouim.
quia demoniū habes. Abraha mortuus ē & pphe

et tu dicis. Si quis sermonē meū seruauerit. nō gustabit
mortē in ęternum. Numquid tu maior es patre nr̄o
abraha qui mortuus est. & pphetę mortui sunt. Quē
te ipsum facis. Respondit ihc. Si ego glorifico me ip
sum. gl̄a mea nihil est. Est pater meus qui glorificat
me. quē uos dicitis quia d̄s nr̄ est. Et non cognouis
tis eum. ego aut̄ noui eum. Et si dixero quia nō scio
eum. ero similis uobis mendax. Sed scio eū. & sermonē
ei seruo. Abraham pater ur̄ exultauit. ut uideret diē
meum. Et uidit & gauisus est. Dixerunt ergo iudęi
ad eum. Quinquaginta annos nō dum habes. & abraha
uidisti. Dicit eis ihc. Amen amen dico uob. Antequā
abraham fieret. ego sum. Tulerunt ergo lapides. ut ia
cerent in eum. Ihc aut̄ abscondit se. & exiuit de
templo, Et prętereiens. uidit hominē cęcū a natiuitate.
Et interrogauerunt eū discipuli sui. Rabbi. quis pec
cauit. hic aut̄ parentes eius. ut cęcus nasceretur. Res
pondit ihc. Neq; hic peccauit. neq; parentes ei. sed
ut manifestentur opera dī in illo. Me oportet̄ ope
rari opera eius qui misit me donec dies est. Uenit nox
quando nemo potest operari. Quā diu in mundo sum.
lux sum mundi. Hęc cū dixisset. exspuit in terra. &
fecit lutū ex sputo. & linuit lutū super oculos eius. &
dixit ei. Uade laua in natatoria siloę. quod interpre
tatur missus. Abiit ergo & lauit. & uenit uidens.
Itaq; uicini. & qui uidebant eū prius. quia mendicus
erat. dicebant. Nonne hic ē qui sedebat. & mendi

cabat.ꝛ Alii dicebant. quia hic est. Alii aut̄ nequaquā.
sed similis est eius. Ille uero dicebat. quia ego sum. Dice
bant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi.ꝛ Respondit.
Ille homo qui dicitur ihc. lutū fecit. & unxit oculos
meos. & dixit mihi. Vade ad natatoriā siloę. & laua.
Et abii. & laui. & uidi. Et dixerunt ei. Vbi est ille.ꝛ Ait
nescio. Adducunt eū ad phariseos. qui cęcus fuerat.
Erat aut̄ sabbatum. quando lutū fecit ihc. et aperuit
oculos eius. Iterū ergo interrogabant eū pharisei. quo
modo uidisset. Ille aut̄ dixit eis. Lutū posuit mihi sup
oculos. & laui. & uideo. Dicebant ergo ex phariseis quida.
Non est hic homo a do. qui sabbatū nō custodit. Alii dice
bant. Quomodo potest homo peccator hęc signa facere.ꝛ
Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo cęco iterum. Tu
quid dicis de eo. qui aperuit oculos tuos.ꝛ Ille aut̄ dix.
Quia prophęta est. Non crediderunt ergo iudei de illo.
quia cęcus fuisset & uidisset. donec uocauerunt paren
tes eius qui uiderat. Et interrogauerunt eos dicentes.
Hic est filius ur̄ quē uos dicitis quia cęcus natus est. quo
modo ergo nunc uidet.ꝛ Responderunt parentes eius.
& dixerunt. Scimus quia hic filius nr̄ est. & quia cęcus
natus est. Quomodo aut̄ nunc uideat. nescimus. Aut
quis eius aperuit oculos. nos nescimus. Ipsum interro
gate. ętatem habet. ipse de se loquatur. Hęc dixerunt
parentes eius. quia timebant iudeos. Iam enim conspi
rauerant iudei. ut siquis eū confitetur xp̄m. extra
synagogā fieret. Propterea parentes ei dixerunt. quia

&atem hab&. ipsū interrogate. Uocauerunt ergo rursū
hominē qui fuerat cęcus. & dixerunt ei. Da glām do.
Nos scimus. quia hic homo peccator est. Dixit ergo
ille. Si peccator est. nescio. Unū scio. quia cęcus cum
ēem. modo uideo. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi.
quomodo aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi uob
iam. & audistis. Quid iterū uultis audire. Numquid &
uos uultis discipuli eius fieri. Maledixerunt ei. &
dixerunt. Tu discipulus illius sis. nos aut̄ moysi disci
puli sumus. Nos scimus. quia moysi locutus est dś.
Hunc aut̄ nescimus unde sit. Respondit ille homo.
& dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia uos nescitis
unde sit. & aperuit oculos meos. Scimus aut̄ quia pec
catores. dś non audit. Sed si quis dī cultor est. & uolun
tatem eius facit. hunc exaudit. A sęculo non est audi
tum. quia aperuit quis oculos cęci nati. Nisi ēet hic á
dō. non posset facere quicquam. Responderunt &
dixerunt ei. In peccatis natus es totus. & tu doces nos.
Et eiecerunt eū foras. Audiuit ihc quia eiecerunt eū
foras. Et cum inuenisset eum. dixit ei. Tu credis in filiū
dī. Respondit ille & dixit. Quis est dne. ut credā in
eum. Et dixit ei ihc. Et uidisti eum. & qui loquitur
tecum. ipse est. Et ille ait. Credo dne. Et procidens.
adorauit eum. Et dixit ei ihc. In iudiciū ego in hunc
mundū ueni. ut qui non uident uideant. & qui uident
cęci fiant. Et audierunt ex phariseis qui cum ipso erāt.
& dixerunt ei. Numquid & nos cęci sumus. Dixit eis

ihc. Si cęci eſſetis. non haberetis peccatum. Nunc
uero dicitis quia uidemus. peccatū ūr̄m manet.

/ viii. AMEN AMEN DICO VOBIS

Qui non intrat per ostiū in ouile ouiū. ſed aſcendit
aliunde. ille fur est & latro. Qui aūt intrat postiū.
pastor est ouium. Huic ostiarius aperit. & oues uo
cem eius audiunt. Et proprias oues uocat nomina
tim. & educit eas. Et cum ꝓprias oues emiserit. an
te eas uadit. Et oues illū ſequuntur: quia ſciunt
uocem eius. Alienū aūt non ſequuntur: ſed fugiunt
abeo. quia non nouerunt uocē alienorū. Hoc pro
uerbiū dicit eis ihc. Illi aūt non cognouerunt.
quid loquerētur eis. Dixit ergo eis. itērum ihc.
Amen amen dico uobis. quia ego ſum ostiū ouium.
Omnes quot quot uenerunt. fures ſunt & latrones.
ſed non audierunt eos oues. Ego ſum ostium. Per me
ſiquis introierit ſaluabitur: & ingredietur: & egre
dietur: & pascua inueniet. Fur non uenit. niſi ut
furetur: & mactet & perdat. Ego ueni ut uitā ha
beant. & habundantius habeant. Ego ſum pastor
bonus. Bonus pastor: animā ſuam dat ꝓ ouibus.
Mercennarius & qui non est pastor: cuius non ſunt
oues ꝓprię. uidet lupū uenientē. & dimittit oues &
fugit. Et lupus rapit. & diſpgit oues. Mercennarius
aūt fugit. quia mercennarius est. & non ꝓtinet ad
eum de ouibus. Ego ſum pastor bonus. Et cogno
co meas. & cognoſcunt me meę.

Sicut nouit me pat̃r. & ego agnosco patrem.
Et animam meam pono pro ouibus meis.
Et alias oues habeo. quę non sunt ex hoc ouili. & illas
oportet me adducere. & uocẽ mea audient. Et fiet
unũ ouile. & unus pastor: Propterea me pat̃r diligit.
quia ego pono animã meã. ut iterũ sumã eam. Nemo
tollit eam a me. sed ego pono eam a me ipso.
Potestatẽ habeo ponendi eam. & potestatẽ habeo su
mendi eam iterum. Hoc mandatũ accepi a patre
meo. Dissensio iterũ facta est inter iudęos. propter ser
mones hos. Dicebant autẽ multi ex ipsis. Dęmonium
habet & insanit. quid eum auditis. Alii dicebant.
Hec uerba non sunt dęmoniũ habentis. Numquid
dęmoniũ potest cęcorum oculos aperire.

Facta sunt autẽ encenia in hierosolymis. & hiems erat.
Et ambulabat ihc in templo. in porticu salomonis.
Circumdederunt ergo eũ iudęi. & dicebant ei. Quousq;
animã nrãm tollis. Si tues xp̃c dic nobis palam.
Respondit eis ihc. Loquor uobis & non creditis.
Opera quę ego facio. in nomine patris mei. hec testi
moniũ perhibent de me. Sed uos non creditis. quia
non estis ex ouibus meis. Oues meę uocẽ meã audient.
& ego cognosco eas. Et sequuntur me. & ego uitam
ęternã do eis. & non peribunt in ęternum. Et non
rapiet eas quisquã de manu mea. Pat̃r meus quod
dedit mihi. maius omnib; est. Et nemo potest ra
pere de manu patris mei. Ego & pat̃r unum sum.

Io. xo.
T ms
ꝺ exii.
I. o xcvmus.
Io. x ci.
T ms
m. ccxmi.
ꝺ.
m. cxv.
Io. xui.
Sol.

Sustulerunt lapides iudei. ut lapidarent eum. Respon
dit eis ihc. Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo.
ꝓpter quod eorum opus me lapidatis. Responderunt ei
ergo iudei. De bono opere non lapidamus te. sed de
blasphemia. Et quia tu homo cum sis. facis te ipsū dm.
Respondit eis ihc. Nonne scriptū est in lege ūra. quia
ego dixi dii estis. Si illos dixit deos. ad quos sermo
dī factus est. Et non potest solui scriptura. quē pater
sanctificauit & misit in mundum. Vos dicitis quia blas
phemas. quia dixi filius dī sum. Si non facio opera
patris mei. nolite credere mihi. Si aut̄ facio. & si mi
hi non vultis credere. operibus credite. Vt cognoscatis
& credatis. quia in me est pater. & ego in patre.

lo. xcvii. T viii. ꝙ. exvm. ℣. xcvi.

Quærebant ergo eum apprehendere. & exiuit de manu
bus eorum. Et abiit trans iordanen in eū locum. ubi
erat iohannes baptizans primū & mansit illic.

lo. xc viii ℣ ℣ol.

Et multi venerunt ad eum. & dicebant. Quia iohan
nes quidē signum fecit nullum. Omnia aut̄ quę
cumq; dixit iohs de hoc vera erant. & multi crediderūt in eū.
Erat aut̄ quida languens lazarus a bethania. de cas
tello marię & marthę sororis eius. Maria aut̄ erat
quę unxit dnm unguento. & extersit pedes eius ca
pillis suis. Cuius frater lazarus infirmabatur. Mise
runt ergo sorores eius ad eum dicentes. Dne. ecce quē
amas infirmatur. Audiens aut̄ ihc. dixit eis. In
firmitas hęc non est ad mortem. sed pro gla dī. ut
glorificetur filius dī ꝑ eam. Diligebat ihc martham

& maria sororē eius & lāzarum. Ih̄c ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidē mansit in eodē loco duob; diebus. Deinde post hēc. dicit discipulis suis. Eam' iudeam terrā rursum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quērebant te iudei lapidare. & rursū uadis illuc. Respondit ih̄c. Nonne duodecim horē sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit. quia lucem huius mundi uidet. Si autē ambulauerit nocte offendit. quia lux non est in eo. Hēc ait. & post hēc dicit eis. Lāzarus amicus noster dormit. sed uado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Dñe. si dormit saluus erit. Dixerat autē ih̄c de morte eius. Illi autē putauerunt. quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis ih̄c manifeste. Lāzarus mortuus est. Et gaudeo ꝓpter uos ut credatis. quoniā non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus. ad condiscipulos. Eamus & nos. ut moriamur cum eo. Venit itaq; ih̄c. & inuenit eum. quattuor dies iam in monumento habentem. Erat autē bethania iuxta hierosolymā. quasi stadios quindecim. Multi autē ex iudeis uenerant ad marthā & mariam. ut consolarentur eas de frē suo. Martha ergo ut audiuit quia ih̄c uenit. occurrit illi. Maria autē. domi sedebat. Dixit ergo martha ad ih̄m. Dñe. si fuisses hic. frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio. quia quēcumq; poposceris a dō. dabit tibi dꝰ. Dicit illi ih̄c.

Resurgat frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resur
gat in resurrectione. In nouissimo die. Dicit ei ihc.
Ego sum resurrectio & uita. Qui credit in me. etiam
si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit & cre
dit in me. non morietur in æternum. Credis hoc.
Ait illi. Utiq; dne. Ego credidi. quia tues xpc filius
di. qui in hunc mundu uenisti. Et cum hec dixisset.
abiit & uocauit mariã sorore suã silentio dicens. Ma
gister adest. & uocat te. Illa ut audiuit surgit ci
to. & uenit ad eum. Non dum enim uenerat ihc in
castellum. sed erat adhuc in illo loco. ubi occurre
rat ei martha. Iudei igitur qui erant cũ ea in domo.
& consolabantur eam. Cum uidissent mariã quia
cito surrexit & exiit. secuti sunt eam dicentes. Quia
uadit ad monumentum. ut ploret ibi. Maria ergo
cum uenisset. ubi erat ihc uidens eum. cecidit ad
pedes eius. & dixit ei. Dne si fuisses hic. non ĕet
mortuus frater meus. Ihc ergo uidens eam ploran
